Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41120
Copyright: Melk, Benediktinerstift

in columna fortitudinis roboret. Nichil edificium
boni operis in columpna fortitudinis amplectens. Hec co
lumpna fortitudinis fracta totum edificium bonorum
operum ruit. Hanc si dauid tenuisset adulterium
et homicidium non commisisset. Si sampson hanc habuisset gratia
eum inimicis non tradidisset. Si salamon hanc dilexis
set ydola non adorasset. Si petrus hanc tenuisset
audita ancille fide non negasset. Si filii israel hanc
habuissent nunquam in deserto murmurassent. Eya ergo
fratres mei estote fortes in bello temptacionum
tribulacionum in feruitatum in iniuriarum et pugnate
cum antiquo serpente et accipietis regnum eternum
amen

De iusticia

Vt bene nostis fratres **De iusticia**
tantum tria monasteria apud yponensem merito
laudabiliter ad honorem sancte trinitatis construxi
quorum primum hoc est in quo iam annis multis modico pa
bulo contenti hylariter commoramini bestiis associati
auibus ministrati arborum frondibus delicias vestras
hominum fugientes. Et id non ego miser sed vos
angelorum sepe assueti estis colloquiis. Aliud quoque
monasterium quod sanctus valerius pater noster in dedit
edificatum est. Et quia postquam episcopus presbyter factus sum
et semper hic habitare vobiscum non potui, nec cum fratribus
qui in predicto monasterio positi sunt. Tercia in ira do
mum episcopi meam habere volui monasterium clericorum